



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem, ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

6. Admittunt malas consuetudines; eas esse legem in membris. Caput septimum ad Romanos pervertunt. Multasque calumnias in Catholicos co[m]miniscuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

significaretur in Apostoli jam baptizati & Sancti corpore vel animo superesse, motusque libidinis fuscitare, sed sola peccandi consuetudo, quam usu sibi Iulianus & quisque pepercisset. In cuius persona mox Apostolus ingemiscendo & baptismum postulando subjecerit, *In felix ego homo qui me liberabit de corpore mortis huius*, hoc est, a consuetudine videlicet mortifera corporali, inquit Pelagius: Iudeorum enim superbia quos in se transfigurabat Apostolus contemnebat, inquit Iulianus, dona Christi velut sibi non necessaria, quod veniam daret ille peccatis per baptismum qua ipsi legis admonitione vitarent. Quæ sensum latius prosequitur & inculcat commendatque alibi idem Iulianus, corpus mortis exponens peccatorum reatum, quæ consuetudine, hoc est, improborum imitatione collecta sunt, quibus per baptismum liberamur. *Legem in membris consuetudinem malam*. Hæc enim capitis illius commemorata interpretatio non solum est a Iuliani carptum multis locis, sed etiam continuata ipsius Pelagii. Cum ergo velut interitum erroris sui exhorrescerent aliquid mali istis Apostoli verbis intelligere quod ex parentibus propagaretur in prolem & in peccandi libidines æstuarer, consequenter Augustini interpretationem qua totum

In Commentariis
Loci.
Iul. lib. 6.
apud Augustinum
cont. Iul.
c. 23.
Iul. lib. 1.
operis imperfecti
fol. 82. 83. 84
c. 109.
Iul. lib. 6. cont.
Iul. c. 23. lib.
3. c. 16. lib. 1.
operis imperfecti
fol. 82. c.
94. c. alibi
b In Commentariis
c. 7. ad
Rom. lare

illum locum de ipso Paulo cunctisque Sanctis, cum interno vitiorum innatorum exercitu, in hac mortalitate luctantibus exponeret, gravissimis calumnijs infamarunt: ut quod doceret Apostolum sic ista dixisse (non habuit in carne mea bonum, non ego operor illud sed quod habuit in carne mea peccatum, quasi quis se vellet intelligi remittentem) in scorta. aliqua manu pestifera volens abducere: atque hac de causa Apostolum etiam ad omnes Apostolos semper immoderate libidine fuisse pollutos. Item nec in carioso quidem corpore libidinem posse sperari. Quin etiam sustulit amorem poris ab eo & naturam carnis accusari. Hanc esse Manichæorum opinionem, quam Augustinus à Fausto præceptore didicisset: qui per legem sine membrorum resistente legem, naturam malam significatam fuisse voluit. Denique nescisse dicebat pactando Iulianus, eversum in sanctitatis conventu, mox esse de matris: qui ideo in natura invidiam male conversationis sordes resideret ut peccantibus metum demeret, quorum observationes Apostolorum & Sanctorum omnium consolatur invidiosos eo quod vasa aurea in Apostolum sepe dixisse c. invidiosos. n. enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio.

Iul. lib. 1. ad
Bonif. c. 8.
Lib. 6. cont.
Iul. c. 11.
Indicatur
lib. 6. cont.
Iul. c. 23. in
Iul. lib. 1.
operis imperfecti
fol. 95.
Lib. 3. cont.
Iul. c. 117.

Bonam esse libidinem multis probant.

CAPVT SEPTIMUM.

SED non contenti Pelagiani ab omni malitia sive culpæ sive pænæ purgasse concupiscentiam, etiam bonitatem atque innocentiam ejus magno studio Philosophicis fucatisque armati rationibus defenderunt, ut etiam solidis more suo fundamentis assereret Iulianus, definiendo, dividendo, ac disserendo, originem, speciem, modum, qualitatemque ejus quasi medicinaliter indagavit. Et primò quidem esse voluit nihil aliud eam quam sensum. Ut enim id quod Augustinus dixerat. augeri concupiscentiam minuique convelleret, *sensus est*, inquit, *concupiscentia & mala qualitas non est*, ergo quando minuitur concupiscentia sensus minuitur. Vbi tam ipse quam Augustinus de habitualiter illa manente concupiscentia loquuntur, quæ cum omni homine nascitur, atque unde animi carnisque actuales motus ac desideria pululant. Hanc statuit esse sensum, hoc est potentiam quandam hominis illam, ut videtur, quam Philosophi appetitum sensitivum nuncupant, vel aliquem certè sensum externum. Clarius hæc indicat alio loco, *Caro concupiscit*, scilicet motibus actualibus inhiando rebus desideratis, *Quia carnaliter anima concupiscit*. Siquidem sine anima caro nec sentiat. Concupiscere autem viventis sententisque natura est, sine quo sensu membra moveri non possunt, id est per semetipsa concupiscere ne-

Lib. 6. cont.
Iul. c. 18.
Ibid. c. 14.

queunt, qui sensus concupiscit etiam sine membris ut in spadonibus. Quod Augustinus itaquam verum exponit de irritis concumbendi conatibus & concupiscentiæ carnalis affectibus quibus & spadones moventur etsi destituti carnis est. Et August. non ipsam habitalem concupiscentiam sive violentiæ sive incôntinentiæ, sed illud, quo nos eam maiorem minoremve habere sentimus. Quem sanè non alium quam ipsam partem animæ sensitivam esse manifestum est, quæ quatenus ex apprehendendi & concupiscendi sensu conflatur, proprios suos etiam in bestijs non solum externos sed etiam interiores percipit motus. Et alibi: consequens esse putat ipsum sensum videndi, audiendi, gustandi, olfaciendi, atque tangendi non à Deo sed à diabolo nobis factamur esse colatum. si concesserimus eam concupiscentiam carnis, cui per continentiam repugnans ex illo accidisse peccato quod primum primo homini diabolus persuasit. Nempe ex actu in malitia malitiam potentiam colligit, sed quia non semper sive caro sive animus istiusmodi concupiscentiæ motibus quatitur, causam eorum indagans Iulianus, *genus*, inquit, *concupiscentia est in re vitali, species in motu genitali, modus in opere concupiscentiæ*, *excessus in intemperantia fornicandi*. Vbi per genus Porphyriana phrasi originem concupiscentiæ intelligit, sic enim alio libro iustitiæ genus inquirens, quo nomine, ait, nihil aliud quam originem

c. 18. lib. 6.
Lib. 4. cont.
Iul. c. 14.
Lib. 3. cont.
Iul. c. 13.
Lib. 1. operis imperfecti
cont. Iul. f. 31.